



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

[1]7. De quodam, qui cum taxillarum lusurem perdidisset, imagines B. Virginis & S. Alberti inuasit, ex quibus sanguis profluxit, author sceleris fulmine ictus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

lo morabatur, nemo interim diem suū obijit. Ipsa autem imago appensa missili sagitta etiam num hodie superest, plagam retinens iactu sagittæ impactam, simul & defluentis sanguinis vestigium. Nec pauci eorum sunt superstites, qui fuerunt spectatores, remq; deprehenderunt tunc, quando mirabile signum hoc factum est. Quinetiam ipse ego rei gestæ imaginem spectator, quum inuisissem, quod videram, scripsi.

Ex vita S. Alberti de monte Drepano Carmelite, a thore ni fallor, Ioanne Maria Poliano, quatuoribus 7. Augusti in tomis Laurentij Suriij cap. 24. De quodam, qui cum taxillarum lusum perdidisset, imaginis B. virginis & S. Alberti inuocatis, quibus sanguis profusus, auctor sceleris summissus idem.

CAP XXVII.

IN castro Drepanensi quidam taxillarum lusum omnem rem suam perdidit, tanto animi dolore, ut pariter à fide ad desperationem deficeret: & ecce venit ad locum, ubi erant imagines B. virginis & S. Alberti: Eas intuens, dicit ad imaginem S. Alberti: Toties inuocaui te, & non me audisti in necessitatibus meis. Quid igitur causæ est, ut te sanctum prædicæ, cum nulla ratione me potueris iuuare: Absit, ut posthac te pro sancto habeam. Tu quoque Maria, quæ mater gratia diceris, pias aures tuas occlusisti ad preces meas. Inde accepto gladio

dio, utramque imaginem secar, & confestim ex ambabus distillat sanguis multus in terram. Vidit id quidam puer, sublataque voce clamat in sacrilegum. Ille audito clamore, exit è templo, sed repente horrendo existente tonitru, fulminis ictu totus in pulveres ad fores Ecclesie redigitur.

Ex historia violatæ crucis Theodorici Grefemundis, De imaginibus Christi crucifixi & D. virginis, aliorumque sanctorum prope Moguntiam, anno 1383. à quodam vulneratis, ex quibus sanguis uberrimè profusus, & de funesto istius iconomachi interitu.

CAP. XXVIII.

ANNO salutis nostræ M. CCC. LXXXIII. Astitit in his regionibus homo quidam, cui nomen Schelkropff: de cuius origine & patria neque aliquid adhuc compertum habeo, neque magnoperè attinet rimari. Humili certe genere, & ex infima plebe fuisse ortum fama consentit, sed qui natalium obscuritatem veluti alter Horostratus incensor delubri Ephecie Dianæ, insigni scelere illustravit, immortalis quadam infamia nominatissimus. Hic ingitur cum alioquin natura præditus esset maligno ingenio, factus est etiam vltro tam licentia quam consuetudine peccandi deterior. Neque flagitijs tamen, sed etiam infamia ipsa delectatus, in lustris & tabernis ætatem agebat. Fuit autem appetentissimus ludi: ex quo plectraque vitiorum genera tanquam vermes è

p utri